Libertam ſuam. Sꝫ eccum paraſitũ cuius mihi auxilio eſt opus
Simulabo q̃i non videam. ita eliciam uerum. curate iſtic vos atqꝫ
Adproperate oculoſ ne mihi more ſit quicq̃ vbi ego intro
Aduenero. cõmiſce mulſum ſtruthea colutheaqꝫ appara
Bene ut inſtrutus concaleat & calamum inice. iam pol ille hic
Aderit credo cõgero meus. Sa me dicit euge. To Lautum credo
Ab alienis iam hic abſuturum. Sa ut ordine omnem rem tenet
TO Collire facite ut madeant & coliphia ne mihi incocta detis
Rem loqui tũ eram nihil ſunt crude niſi quas madidas glutias
Tum niſi cremore craſſo ſocias collyricum nihil ẽ magnum illud
Epigro cum pellucidum quaſi iure ameſſe ius decet collyricum
Nolo in ueſſicam: quod eat in uentrem uolo. Sa prope me hic
Neſcio quiſ loquitur. o mi iupiter terreſtris te cepulonus cõpellatiuus
TO O ſaturio oportune aduueniſti mihi. Sa mendacium edepol dicis
Atqꝫ haud te decet nam eſurio uenio non aduenio ſaturio
TO At edeſ. nam iam intus uentris fumãt focula tale fieri iuſſi religas
SA Ecquid haſ legiſ. TO vah rogas. Sa ſapis multum ad genium
TO Sed ecquid meminiſti here qua de re ego tecũ mentionem feceram
SA Memini ut murena & conger nec calefierent. nam nimio melius
Pernã quidem iuſſi apponi frigidam poſtridie ita fieri iuſſi
Oppetunt frigida: ſꝫ quid ceſſamus prelium cõmittere
Dum mane eſt: omniſ eſſe mortalis decet. To nimiſ pene maneſt
SO Mane q̃d tu occeperis negocium agere id totum procedit diem
TO Queſo animum aduorte hoc enim iam heri narraui tibi
Tecumqꝫ oraui ut nummos ſexcentos mihi dareſ utendoſ mutuoſ
SA Memini et ſcio & te me orare et mihi non eſſe quod darem.
Nihili paraſitus eſt cui argentum domi id ẽ
Lubido extemplo coepereſt conuiuiuꝫ tuburcinari de ſuo ſiquid
Domi eſt. cynicum domi eſſe egentem oportꝫ paraſitũ probe
Ampullam ſtrigilem ſcafium ſoccos pallium marſupiũ
Habeat mihi paulum preſidij qui familiarẽ ſuam uitam
Oblectet modo. To iam nolo argentum. filiam utendam tuam
Mihi da. Sa nunq̃ edepol cuiq̃ etiam utendam dedi
TO Non ad iſtoc quod tu inſimulas. Sa quid eam vis. To ſcieſ
Quia foma lepida & liberali eſt. reſ ita ẽ. Leno hic
Neque te nouit neque gnatam tuam. Sa me vt quiſq̃ norit.